



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Historia Scholastica Magistri Petri comestoris sacre  
scripture seriem breuem nimis [et] obscuram elucidans**

**Petrus <Comestor>**

**Argentine, 1503**

**VD16 P 1829**

De peregrinatio[n]e abrae apud abimelech regem gerare ca. lv.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-30892**

# Libri Genesis

um: et vocavit eum amon patrem amonitarum.  
Boab interpretatur ex patre. Hoc nomine mater apte publicavit incestum patris, Amon filius populi mei. Hec aliquantulum tenet quasi filius cuiusdam de populo meo. Dicit hieronymus filias posse excusari: quia crediderunt genus humanum defecisse: et pietas posteritatis impietate incestus excusavit in tanto: sed non in toto. Sed hoc patrem non excusat: sed infidelitas eius causa fuit incestus. De eodem dicit Strabo. Loth inexcusabilis est. Primo: quia angelo non credidit se posse salvari in segor. Deinde quia inebriatus est: et fuit peccatum causa peccati.

De peregrinatione abrae apud abimelech regem geraris. **Capitulum LV.**

## Rofectus est abra

**P**am de coualle mambre in terram australi: peregrinatus est in geraris inter cades: unde fluxerunt aque contradictionis: et sur loco sororis huius saram: similia prioribus simulatis per timore. Visit autem abimelech rex gerare: et tulit eam. In quo vis forme illius miranda notatur: que nonagenaria adhuc amari poterat. Sed in egritudine cecidit rex dei voluntate ne ea tangeret ut ait Iosephus. In fine tamen huius capituli alia pena notatur: hec scilicet quod deus concluserat omnem vuluam domus abimelech propter saram: nequa scilicet femininum in domo eius interim conciperet. De dicta autem desperantibus soporatus auduit a domino: hec sibi propter uxorem peregrinam infert. Et precepit ei ut redderet viro uxorem: quia propheta erat. Et ille oraret pro eo: et viveret. Statimque surgens vocavit servos suos: vocavit et abraam et dixit ei. Quid fecisti nobis? Quid vidisti ut hoc faceres. Et ait abraam. Cogitavi quod timor dei non esset in hoc loco: et interficerent me pro uxore. Alia autem et vere soror mea est filia patris. Hic distinguitur filius scilicet patris Sequitur mei. Qui est meus: subaudi frater vel filia patris mei: et non matris mee: quod est. ne patris mea est: et cognata ex parte patris et fratris mei: et non ex parte sororis. An alia translato. Soror mea est a patre suo: et non a matre. Sicut enim dicebant cognatos fratres: sic et cognatos sorores. Fratrem pro ara patrem suum vocavit: quia senior eo fuerat semper usum loquendi qui maiores natu patres vocantur: minus natos filios: et quia dignior et maior affectio so-

let esse. propter quorum semper viros quam semper mulieres: propter quoniam suam pro virum digniori nomine vocavit sororem: scilicet potius quam neptem. Ut fingit eam filiam patris esse: nec tamen mentitus est: sicut nec dominus cum fingit se longius ire: proferat tamen cum domino iubente credit hoc dixisse: et ita relator fuit propter quod dominus: ut heliseus celavit se non cognoscentibus. Quidam tamen dicunt thare mortua in fine abrae et mortuo ara durissimum prorem filium: et genuisse saram. Unde et hic dicitur filia thare sed carne: et supra filia aram semper sus citationem seminis: quia solum masculinum reliquit aram. Oravit autem abraam pro eo: et sanatus est: et vxor et ancille eius pepererunt: et dedit abimelech abrae mulierem et terram ad habitandum ad optionem suam. Sare autem dicitur. Ecce dedi fratri tuo pro te mille argenteos. Hoc erit tibi in velamen oculorum. coram omnibus qui tecum sunt. id est in memoriam verecundie: quia in mendacio deprehensa es. Unde subdit exponendo. Et quicumque perreueris memento te deprehensam. Vel elegans est irrisio. Hoc erit tibi in velamen oculorum. id est in preparationem funeris. quod dicitur. Anus est vicina funeri: et mentita es tamen: et decepisti. Habet tibi ergo hec in expensas funeris. Quod magnis expensis fieri solebat: maxime a iudeis: vel ad pepla emenda ut tegas faciem ne ameris.

De ortu Isaac et eiectione agar cum filio.

**Capitulum LVI.**

## Visitavit dominus

**V**isus saram: concepitque et peperit filium: et circumcidit eum abraam octavo die. Et exinde post totidem dies iudei circumcidunt: arabes pro post. xiiij. annos: quia eo tempore hismael gentis illius auctor circumcissus fuit. Et vocavit eum isaac. id est risum: quia risum fecerat dominus parentibus eius. id est gaudium inopinatum. Crevit puer: et trimus ab lactat est. Et fecit pater grande convulsum in die illa: quia ea die filius primo accessit ad mensam patris. Dumque simul luderet hismael et isaac: maior ledebat minorem. Et intellexit mater in ludo persecutiones: quia scilicet patre mortuo vellet dominari maior minori. Ut hebrei tradunt: cogebat eum adorare luteas imagines quas fecerat. Quod cum displicuisset matri: dixit ad abraam. Eijce ancillam et filium eius. Dure habet accipit abraam et dissimulabat: sed dixit ei dominus. Audi vocem sarem. Qui tollens panem et virem aque